LACTANTIUS

Oberitalien, 2. Drittel 15. Jh. (nach Wasserzeichenbefund) Seite 17r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

Ergo mortales sunt: Quod argumentum retroversum idem valet:
Si n. agros non habent: nec urbes quidem: Si urbes non: nec domos quidem:
Si domibus carent: ergo & concubitu. Si concubitus ab his abest: & sexus
igitur femininus: In dis autem uidemus & feias esse: Ergo dii non sunt:
Dissoluat hoc argumentum siquis potest: sed n. res rem sequitur: ut haec
ultima necesse sit confiteri. Sed ne illud quidem dissoluet aliquis: Ex du
obus sexibus alter fortior est: alter infirmior. Robustiores n. mares sunt.
feminae imbecilliores: Imbecillitas autem non cadit in deum: ergo nec femi
neus sexus. Hinc additur superioris argumenti extrema illa conclusio:
ut dii non sint: qui in dis & feminae sunt:

XVII.

Cicero

Ob has rationes stoici alio uersus deos interpretantur: & quia no
n possunt: quid sit in uero: conantur eos cum rerum naturalium
ratione coniungere: quos Cicero sequutus. de dis ac religionibus
eorum hanc sententiam tulit: Videtis ne igitur: ut a physicis rebus bene at
que uaeuter inuentis tracta ratio est ad commentitios ac fictos deos: quae res
genuit falsas res opiniones errores que turbulentos. & superstitiones poene aniles.
Et formae n. nobis deorum & aetates & uestitus ornatus que noti sunt:
Gnia praetexta: coniugia: generationes omnes: omnia que traducta ad si
militudinem imbecillitatis humanae: Quid planius: Quid uerius
dici potest: Romanae philae princeps & amplissimo sacerdotio praeditus
commentitios ac fictos deos redarguit: quorum cultus superstitiones pe
ne aniles esse testatur: falsis opinionibus erroribus que turbulentis impli
catos esse homines questus: Nam totus liber tertius de deorum nia
omnes funditus religiones euertit ac delet: Quid ergo a nobis expec
tatur amplius: Num eloquentia superare possumus Ciceronem: Mim
me id quidem: sed fiducia illi defuit ignorantia veritatis: quod ipse si
pleuter in eodem opere confitetur: Aut n. facilius posse se dicere: quid non
sit: q̃ quid sit: hoc est falsa se intelligere uera nescire: Clarum est igitur ho
mines fuisse illos qui dii putantur: & eorum memoriam post mortem
consecratam. deo & aetates diuisae sunt: & eae certae imagines singlo
rum quod in eo habitu & aetate singulorum simulacra figurata sunt: in q̃
quemque mors deprehendit: Consideremus: si placet eruumnas infelicium
deorum: Iis filium pdidit: Ceres filiam expulsam & p orbem terrae
iactatam: Latona insulam uix partiam: in qua puerp. inuenit: Dei
nis & amauit formosum adolescentem & eundem cum pellice depre
hensum exectis uirilibus semiuirum reddidit: & ideo nunc sacra eius
a gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno pellices acerrime persequuta est:

Cicero romanae princeps phie.

Liber de natura deorum.

Diuisorum deorum infortunia.